

libellum aliquem nec aliquam petitionem in scriptis non debere offerri a predictis fratribus et conventibus suprascriptis domine Beltrame et Tadeo et filiis illorum, salvo quod  
 5 predictis fratribus et conventibus aliquid petatur debere fieri per vos super predicatione questione quod ad postulacionem suprascriptorum domine Beltrame et Tadei et fratrum licum possit et debeat reduci in actis coram nobis et scribi per officiales nostros illud quod ab eis petitur. Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, die veneris decimo  
 10 sextimo die decembris, predictus assessor pronuntiavit ut supra, presente fratre Zanobello de Garbagnate sindico et procuratore domus Braide Guerzii et domus Sancte Trinitatis<sup>a</sup> et dono Anzello sindico monasterii Claravallis ex una parte et presente Zirio de Parazollo procuratore predictorum Tadei et filiorum et uxoris. Solverunt dicti fratres nomine ipsarum domorum et conventuum predictis iurisperitis pro adversa parte libras tres tertiolorum. Interfuerunt ibi testes Minaxius de Pubiga et [dominus], Petrobonus Narrus et Chunradus Longus, civitatis Mediolani omnes.  
 (ST) Ego Obizo de Barni notarius ..... pallatii communis Mediolani tradidi et  
 15 subscripti.  
 (ST) Ego Inciranus de Barni civitatis Mediolani [notarius] iussu suprascripti notarii scripti.

<sup>a</sup> Così in A. <sup>b</sup> simpliciis con m cancellata. <sup>c</sup> La prima è corretta su p. <sup>d</sup> ad nell'interlinea. <sup>e</sup> Pelluchis su cancellatura. <sup>f</sup> v aggiunta nell'interlinea. <sup>g</sup> Segue a cancellata. <sup>h</sup> Segue nos cancellato.

## LIV.

1277 dicembre 29, mercoledì

Gli ufficiali preposti all'ufficio degli statuti del comune di Milano, nominati dall'arcivescovo, dal podestà e dal capitano del popolo nonchè dal Consiglio degli Ottocento, confermano gli statuti per il regolamento delle acque del fiume Nirone (del 1260) e aggiungono nuovi capitoli.

Originale, con lacrazione e scrittura sbiadita, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 340, n. 17 (A). Copia di mano del sec. XVIII, altrettanto sciupata, *ibid.*, ivi (B).

Reg.: G. GIULINI, *Memorie ...*, VIII, pp. 310, 680, con data dicembre 28; F. SAVIO, *Gli antichi vecchi ...*, VI, parte I, Milano, p. 627, con data dicembre 28. Cit.: F. BERLAN, *Liber consuetudinum ...*, p. 219, con data 1278 dicembre 29; G. PORRO LAMBERTENGHI, *Statuti delle strade e acque ...*, in «Miscellanea di Storia Italiana», 1869, p. 310 nota 1, con data 1278.

L'atto è stato scritto il 30 dicembre o successivamente a tale data, che è inserita prima della sottoscrizione del notaio.  
 35 La data dell'atto citato presenta elementi discordanti tra il giorno del mese e il giorno della settimana: v. nota 1.  
 Il notaio è scorretto.

(ST) In nomine domini nostri Yesu Christi. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, die mercurii vigesimo nono die mensis decembris, inductione sexta. Domini Iacobus de Surexina, Iohannes de Cimiliano, Gasparrus Vicecomes, Bal[dus] de Cantono, Zorlinus Zorla, Iacobus Cassina, Veius Crivellus, .....  
 40 [de] Madiis, Guido de Cusano, Gionselmus Bossius, Bennus de Bernadigio, Francischus

de Cassate, electi per dominum Ottoneum Dei gratia et apostolice sedis sancte Mediolanensis ecclesie archiepiscopum et per dominum Ricardum de Langoscho comitem pallatinum de Lomello potestatem Mediolani et per dominum Simonem de Locarni capitaneum communis Mediolani et per consilium octocentum virorum Mediolani ad emendandum et corigendum et fatiendum statuta communis Mediolani, habentes etiam plenam auctoritatem et facultatem et libertatem a predictis dominis archiepiscopo et potestate et capitaneo et consilio addendi et diminuendi et mutandi in ipsis statutis secundum quod eis ad bonum statum<sup>a</sup> communis Mediolani mellius videbitur expedire, ut per omnia constat per reformationem unam consilii factam anno currente millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, die mercurii<sup>1</sup> nono die septembris, scriptam per Baldesarum de Lomatio civitatis Mediolani, porte Ticinensis, notarium camere pallatii communis Mediolani, laudaverunt et approbaverunt et confirmaverunt et etiam fecerunt infrascripta statuta et ordinamenta facta occasione fluminis et aque fluminis Neroni et refectionis eiusdem fluminis et occasione cluse que est ad pontem de Archeto et occasione expensarum factarum et fatiendarum ipsis occasionibus vel aliqua earum et talliarum factarum occasione illarum expensarum factarum et fatiendarum et aliis occasionibus occasione illius fluminis et circa operaria illius fluminis; et etiam statuerunt et ordinaverunt ipsa statuta et ordinamenta debere esse ratta et firma et quod ratta et firma debeant inviolabilius observari in omnibus et per omnia secundum eorum continentiam; et insuper ipsa statuta et ordinamenta in actis seu in libris statutorum communis Mediolani poni seu scribi statuerunt ut de cetero obtineant firmatatem et firma habeantur et [ten]eantur, et que statuta et ordinamenta alias confirmata fuerunt per iudicem potestatis et per consules et habentes<sup>b</sup> sotieratis Credentie Sancti Ambrosii. Statuta autem et ordinamenta et eorum [rationes] sunt hec: in primis statuerunt et ordinaverunt quod clusa que facta est prope pontem de Archeto debeat tensari et [guar]dari per homines habitantes prope dictam clusam usque ad milliarium unum ad hoc ne dicta clusa devastetur nec derupetur mallo modo et ordine et, si devastaretur et deruparetur, quod omnes illi homines qui habitant prope illam clusam usque ad milliarium unum debeant et teneantur consignare mallefactorem seu mallefactores in fortia communis Mediolani et, si non consignantur, quod teneantur et debeant ad restitutionem de omni dampno dato et facto in dicta clusa. Item statuerunt et ordinaverunt quod non liceat alicui homini derivare dictam aquam Neronis de lecto [nisi in die sabbati post nonas usque] in die lune in mane et in die festi apostolorum; et si quis contra hoc fecerit, componat soldos viginti tertiolorum in denariis factis totiens quotiens contra hoc fecerit, medietas cuius pene sit communis Mediolani [et alia camparii dicti Neronis], salvo si fieret super flumen<sup>b</sup> ab aliqua persona de dicta aqua in suprascriptis diebus [dominicis et] apostolorum, ut elligantur quatuor sapientes viri qui provideant utilitati concitorum hominum qui fecerunt fieri dictum [laborerium nisi] fuerit occasione plene; et suprascripti quatuor homines elligantur per dominos abbates Sancti Ambrosii et Sancti Simplitiani et prepositum Sancte Ternitatis et magistrum hospitalis Sancti Simplitiani et consules deablatorum<sup>b</sup> fustaneorum et [aziarum]. Item statuerunt et ordinaverunt quod non liceat alicui homini derivare dictam aquam in suprascriptis diebus dominicis et appostolorum<sup>b</sup> nisi habuerit bonum incastrum et sgiaserum et quod non dimittat derivare dictam aquam; et si quis contra hoc fecerit, componat soldos sexaginta tertiolorum totiens quotiens contra hoc fecerit, medietas cuius pene sit communis Mediolani et alia medietas camparii; et hoc infra dies octo postquam ei vel eis fuerit denuntiatum per camparium vel aliam ydoneam [et] convenientem personam. Item statuerunt et ordinaverunt quod non liceat alicui homini aclusare aquam Neronis de pallis neque de incastris nec de lignis nec de terra ad hoc

quod dicta aqua valleat venire ad civitatem Mediolani sine aliquo impedimento; et si quis contra hoc fecerit, componat soldos quadraginta tertiolorum totiens quotiens contra hoc fecerit, medietas cuius pene sit communis Mediolani et alia medietas camparii super scripti Neroni. Item statuerunt et ordinaverunt quod quilibet homo qui habitat super dictum Neronum debeat spatiare et spatiari facere et spatiatum tenere lectum dicte aquae tam amplum ut consuevit esse secundum mensuram datam per commune Mediolani, que [est] ad Sanctam Ternitatem, ad terminum datum per anzianos ad hoc deputatos; et si quis contra hoc fecerit, componat soldos viginti tertiolorum totiens quotiens contra hoc fecerit, medietas cuius pene sit communis Mediolani et alia medietas sit de anzianis al hoc deputatis, constitutis et ordinatis. Item statuerunt et ordinaverunt quod non licet alicui homini ad aqua linum in dicto Nerono a millario uno prope civitatem; et si quis contra hoc fecerit<sup>d</sup>, componat soldos decem tertiolorum totiens quotiens contra hoc fecerit, medietas cuius pene sit communis Mediolani et alia medietas camparii. Item statuerunt et ordinaverunt quod non licet homini derivare dictam aquam occasione tahendi in aliquam partem si dicta aqua non reddit postea ad lectum veterem; et si quis contra hoc fecerit, componat soldos viginti tertiolorum totiens [quo]tiens contra hoc fecerit, medietas cuius pene sit communis Mediolani et alia medietas camparii. Item statuerunt et ordinaverunt quod elligantur omni anno sex sapientes<sup>e</sup> viri, unus quorum debeat ire cum campario vel sine campario ad eorum voluntatem ad circandum et videndum si quis f[aceret] contra<sup>f</sup> suprascripta statuta in toto nec in parte, et si invenirent aliquem contrafatientem, quod debeant accusare et pro caduco detur comuni Mediolani de soldis viginti omni vice qua contra illa statuta fecerit, secundum quod in suprascripto statuto continetur, medietas cuius pene sit communis Mediolani et alia accusatoris. Item statuerunt et ordinaverunt quod suprascripti sex sapientes homines vel aliquis eorum, si invenerint quod dictus camparius dimittere<sup>b</sup> derivari dictam aquam fraudollosse, se sciente, quod teneantur accussare dictum camparium comuni Mediolani, et ille camparius teneatur illis penis de soldis viginti tertiolorum pro omni vice quibus tenentur contrafacentes, medietas cuius pene sit communis Mediolani et alia medietas accusatoris. Item statuerunt et ordinaverunt quos mollandina que sunt in flumine Neronis debeant adpari et modellari per unum magistrum electum per illos electores camparii. Item statuerunt et ordinaverunt quod potestas qui modo est et per tempora erit et eius assessores teneantur modis omnibus bona fide operam dare ut aqua sive flumen Neronis veniat et venire<sup>g</sup> [et] fluere possit libere ad civitatem Mediolani, et ut ille qui est vel erit camparius super illa aqua camparium illam fatiat et facere possit bona fide et ut ille aque que veniunt et venire consueverunt seu fluere in flumine suprascripti Neroni vadant et fluent in illo flumine et maxime aqua que dicitur Pubiga et Rovoxella et quod alibi non vadant seu ducantur, et si ille aque alibi quam in dicto flumine ducerentur, teneatur camparius accussare et potestas teneatur auferre pro banno soldos<sup>h</sup> viginti tertiolorum totiens quotiens contra fa[cerent], quorum sit medietas communis Mediolani et alia medietas camparii. Item statuerunt et ordinaverunt quod ille camparius qui debet esse de cetero ad custodiendum illam aquam ne derivetur, ut predictum est, omni anno elligatur per illos abbates illorum monasteriorum et prepositum Sancte Ternitatis et magistrum illius hospitalis et per illos consules dictorum paraticorum et per eorum successores vel per maiorem partem eorum et non per alios, et quod eorum electio valleat et teneat non obstante aliquo statuto communis Mediolani. Item statuerunt et ordinaverunt quod ille camparius possit et debeat accusare quoslibet fatientes contra suprascripta statuta vel aliquod illorum comuni Mediolani sive potestati vel eius assessoribus totiens quotiens invenerit aliquem vel aliquos fatientes contra illa statuta et ordinamenta vel aliquod illo-

rum et eius dicto vel accusationi detur plena fides et stari et credi debeat ita quod non  
 detur defensio n[ec] dari possit in contrarium, et potestas Mediolani et eius assessori  
 qui modo sunt et [erunt] de cetero teneantur illos quos ille camparius accusaverit con-  
 dempnare et infra dies decem proximos cogere ad solvendum illas condempnaciones sine  
 5 ulla cognitione cause. Item statuerunt et ordinaverunt quod si reperiatur clusa facta lec-  
 ti veteri<sup>b</sup> Neronis vel obstaculum per quam vel quod illa aqua non possit fluere ad civi-  
 tatem Mediolani, quod liceat illis abbatibus et preposito et magistro et consulibus et illis  
 de illis paraticis et qui percipiunt utilitatem de illo flumine illam clusam et obstaculum  
 rumpere et dellere absque ulla pena vel dampno vel gravamine quod eis posset fieri per  
 comune Mediolani. Item statuerunt et ordinaverunt quod omnes et singuli de illis para-  
 10 ticiis de azarollis et deablatoribus<sup>b</sup> fustaneorum et illorum qui habitant super illo flumi-  
 ne Neronis sive super ripam Neronis et percipiunt utilitatem ex illo flumine Neronis et  
Rovoxelle et maxime habendo mollendina in illo flumine sive sint in civitate sive extra  
 civitatem teneantur et debeant solvere et sustinere suam partem omnium expensarum  
 15 que facte fuerunt in clusa que est prope pontem de Archeto in illo Nero et aliarum  
 omnium expensarum que de cetero [fie]nt in illo Nero<sup>b</sup> et Rovoxella et in defendendo  
 et manutenendo illas aquas utriusque fluminis Neronis et Rovoxelle ad hoc ut libere  
 veniant ad civitatem Mediolani tam in [causa] quam extra causam et quolibet modo, et  
 potestas Mediolani qui modo est vel erit de cetero et eius assessori teneantur quoslibet  
 20 predictorum illam suam partem expensarum suprascriptarum cogere ad solvendum sine  
 ulla cognitione cause, et si tallia al[iqua] oportebit fieri de cetero occaxione illius aque  
 Neronis et Rovoxelle vel cluse suprascripte que est prope pontem de Archeto vel ex-  
 pensarum olim factarum ea occaxione vel expensarum que fierent amodo suprascripta  
 occaxione, fiat talia<sup>b</sup> et fieri de[beat per] illos [qui] camparios elligere debent, ut supra  
 25 dictum est, et quod omnes et singuli qui percipiunt utilitatem ex utraque flumine Nero-  
 nis et Rovoxelle debeant et teneantur suam partem pretii dari in emendando<sup>i</sup> Rovox-  
 sellam et in cavamentis [factis] in dicta terra et suam partem omnium expensarum que  
 facte sunt postea et que fient in cavamentis et remondaturis et in aliis que fient in ea  
 Rovoxella. Item statuerunt et ordinaverunt quod azaroli et deablatores<sup>b</sup> fustaneorum  
 30 teneantur aquam quam extraxerint seu duxerint de illo Nero tenere in rozallibus sui<sup>b</sup>  
 et areis ita quod non exeat de illis rozallibus et areis nec redire [eam facerent ad lectum  
 veterem] et quod non ducant vel dimittant illam aquam ire seu fluere per bucha decem  
 prope strictam de Monacha que dicitur [Stra]ta; et si quis contra fecerit componat no-  
 mine pene totiens quotiens contra fecerit soldos viginti tertiorum, quorum sit [me-  
 35 dietas] communis Mediolani et alia medietas sit camparii; et deablatores<sup>b</sup> fustaneorum non  
 possint trahere nec derivare illam aquam de lecto nisi quando habent fustaneos vel tellas  
 in area vel prato, et si contra fecerint, potestas Mediolani teneatur eis auferre [pro] om-  
 ni vice [qua] contra fecerint soldos viginti tertiorum pro quolibet, quorum sit medie-  
 tas communis Mediolani et alia medietas camparii suprascripta aquae. Item statuerunt et  
 ordinaverunt quod si aliquis se defenderet vel recusaret solvere suam partem expensa-  
 rum factarum vel que modo fierent occaxione illius aque Neronis et cluse defendende et  
 manutenende vel alia occaxione illius aque, [quod non possit] illam aquam derivare nec  
 utilitatem ex ea habere et, si eam derivaret, teneatur camparius illos accussare sicut  
 alios, ut supra dictum est, et potestas et eius assessori teneantur eis accipere<sup>f</sup> omni vice  
 qua accusati erunt soldos viginti tertiorum, [quorum sit] medietas communis Mediolani  
 et alia medietas camparii. Item statuerunt et ordinaverunt quod quilibet homo habens  
 utilitatem de suprascripta aqua Neronis tam ecclesiasticus quam laycus debeat et tenea-  
 tur venire ad locum ordinatum et constitutum per anzianos super hoc constitutos occa-

xion utilitatis illius aque, [et hoc sub] pena soldorum trium tertiorum totiens quotiens ei vel eis fuerit denuntiatum per nuntios supradictorum anzianorum ad locum et horum ordinatum, quorum pena sit et pervenire debeat in canevarium illorum qui percipiunt utilitatem illius aque [et etiam per] illos qui habent potentiam eligendi predictam camariam et, si [tenuerint] solvere, cadant de duplo quotienscumque contra hoc fecerint Et que statuta et ordinamenta laudata et aprobata et confirmata fuerunt in pallatio now communis Mediolani, [in publico] consilio communis eiusdem, ut constat per reformationem illius consilii factam hoc anno, die iovis penultimo die decembris, scriptam per predictum Balzarum notarium<sup>f</sup> camere communis Mediolani.

10 (ST) Ego Lantelmus filius Arioldi de Contra, porte Nove civitatis Mediolani, notarius predictorum dominorum qui predicta statuta fecerunt et aprobaverunt predictis interiū et scripsi.

A. <sup>a</sup> statum nell'interlinea. <sup>b</sup> Così in A. <sup>c</sup> habit in A. <sup>d</sup> fecerit manca in A. <sup>e</sup> sapiente in  
<sup>f</sup> Segue parola cancellata. <sup>g</sup> Segue rasura. <sup>h</sup> Segue XX cancellato. <sup>i</sup> emendo in A.

15 <sup>1</sup> Nel 1277 il 9 settembre cadeva in giovedì.

## LV.

1277 dicembre 30, giovedì, Milano, «in pallatio novo communis»

Riunito il Consiglio del comune di Milano vengono approvati e confermati gli statuti e gli ordinamenti per il regolamento delle acque del Nirone, di cui all'atto precedente.

20 Notaio Baldassarre de Lomatio, della camera del comune.

V. atto precedente.

## LVI.

1277

25 A seguito precezzo del giudice e assessore del podestà Ardizone e alla sua presenza i consoli e i vicini di Cornaredo consegnano le terre già di proprietà di Herec della Torre male sardo del comune.

Seguono altre scritture relative a beni dei m a l e s a r d i in quel luogo, comprese tra il 1280 e il 1284, di cui ai regesti sotto le rispettive date.

30 Copia autentica posteriore al 1284 in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Agnese, cart. 293, n. 40 (B).

Reg.: G. BISCARO, *Gli estimi* ..., in «Arch. St. L.», 1928, p. 468 e ss; C. SANTORO, *Gli offici* ..., p. 43; M. F. BARONI, *La registrazione* ..., in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 1, p. 61 e nota 45.

Il copista è scorretto; inoltre, usa indifferentemente le semplici e le doppie, spesso il termine *a meridie per a monte*.

La data di due degli atti citati presenta elementi discordanti tra il giorno del mese e il giorno della settimana: v. note 1 e 2.

Reperitur in libro consignationum terrarum<sup>a</sup> et sediminum que fuerunt mallexardorum communis Mediolani anno currente MCCLXXVII coram domino<sup>b</sup> Ardizono iudici<sup>c</sup> et assessore potestatis Mediolani sic fore scriptum, et qui liber est ad cameram communis Mediolani: hec est consignatio facta per dominum Aliprandum Vicecomitem et per dominum Lanterium Balbum et Albertum Mascarpam, consules communis loci de Cornaredo, et Iacobum Pavarum et Guilielmum Terrenazium et Blancum de Blancis et Filipum de Geza, omnes vicinos et habitatores loci de Cornaredo, suo nomine et communis dicti loci, et per ipsum comune, voluntate et consensu totius vicinantie tam nobilium quam vicinorum dicti loci, comuni Mediolani seu domino Ardizono iudici domini potestatis Mediolani de omnibus illis sediminibus, teris et pratis et iuribus et possessiobus, quas et que olim tenebat et possidebat Herec de la Ture in loco et territorio de Cornaredo, iusta formam cuiusdam precepti eidem comuni facti ex parte illius domini Ardizoni. In loco Cornaredo, fagie porte Vercelline. Sedimen unum iacentem<sup>d</sup> in Cantone de Aremanis, cui est a mane et a monte via, a meridie presbiteri dicti loci, a sero Iacobi Carnalis, quod sedimen fuit Guidoti Anrochi, quod sedimen<sup>d</sup> dicit ille Guidotus ipsum Herec comissem<sup>e</sup> eidem Guidoto per vim et sine solutione. Item sedimen iacens ubi dicitur in Cantone de Rille, cui est a mane Iohannis Zavatarii sive heredum quondam Rugerii Zavatarii, a meridie fossatum ville, a sero fuit Buschi Pavari, a monte<sup>f</sup> via. Item sedimen unum iacens ubi dicitur in Cantone de Rille, cui est a mane Rugerii Pavari, a meridie via, a sero accessum et in parte Leonis Mantegatii, a monte Iohannis Zavatarii sive heredum quondam Rugerii Zavatarii. Item sedimen unum iacens ubi dicitur in Cantone de la Rovore, cui est a mane et a meridie sedimen sive hedificios<sup>g</sup>, quod tenebat ille Herec. Item sedimen unum in eadem contrata de Cantone de Rille, cui est a mane via, a meridie Iohannis Zavatarii, a sero fossatum illius loci, a monte de Greganis, a sero via, et est pertice XVII vel id circa. Item petia una terre vinee se insimul tenente, ubi dicitur in Viniate, cui est a mane et a meridie via, a monte fossatum ville et in parte Mafei Pavari, et est pertice LXXXV vel id circa. Item petia una vinee ibi prope, ubi dicitur in Plubello, cui est a mane Iohannis Zavatarii et in parte Girardi Pavari, a meridie via, a sero Beltrami Scachabarozi, a monte via, et est pertice LX vel id circa. Item campus et<sup>i</sup> vinea insimul se tenente, ubi dicitur in Roncallo, a mane tenebat Herec de la Ture sive<sup>j</sup> Guidoti Guidonis Vicecomitis, a meridie et a monte via, a sero tenebat ille ser Herec de la Ture, et est pertice XXXVI vel id circa. Item petia una vinee ibi prope, cui est a mane heredum quondam Telioni Fenenani, a meridie Sancti Mafei ad Banchetam et in parte ser Lanterii Balbi, a sero Pelegri Ferarii, a monte illius Herec de la Ture, et est pertice X vel id circa, de quibus perticis X dicit Lanterius Balbus se habere perticas II. Item campus unus plantatus de novo ubi dicitur in Batuda, cui est a mane Mafei Pavari, a meridie et a sero accessum, a monte Fatii Gregani, et est pertice X et media vel id circa, et campus est pertice XXX vel id circa. Item petia una vinee ubi dicitur in Roncallo, cui est a mane illius ser Herec, a meridie et a sero via, a monte communis illius loci de Cornaredo, et est pertice XXXV vel id circa. Item petia una vinee et campus insimul se tenente ubi dicitur in Roncallo, a sero tenebat ser Herec de la Ture, a meridie et a monte via, a sero tenebat ille Herec, et est vinea, pertice LXX vel id circa. Item petia una campi et vinee insimul tenente se ubi dicitur in Valle, cui choeret a mane via et in parte Beltrami Seacabarozi et in parte communis illius loci et in parte illius ser

5

10

15

20

25

30

35

40

45

Herec, et est pertice CLX vel id circa, et in illis perticabus<sup>+</sup> CLX sunt pertice XXVI vel id circa. Item petia I vine<sup>c</sup> ubi dicitur in Parazollo, cui choeret a mane via, a meridie Santi Petri ad Ulmum et in parte<sup>1</sup> Iohannis Colzagrixie, et est pertice XXXVI vel id circa. Item petia una vinee ubi dicitur in Parazello, cui choeret a mane presbiteri de 5 Cornaredo, a meridie via, a sero Iacobi de Habiate et in parte Sancti Mafei ad Banchetam, a monte via, et est pertice XXII vel id circa. Item petia una vinee, via mediante, cui choeret a mane via, a meridie strata vegia, a sero via de Insulla, a monte strata Nova-riensis, et est pertice CVII vel id circa. Item petia una vinee ibi prope, via mediante, cui choeret a mane via, a meridie de Greganis, a sero fontanille, a monte strata vegia, et est 10 pertice XXXIII vel id circa. Item petia una campi ubi dicitur in Piobello, cui est a mane Girardi Pavari, a meridie ecclesie Sancte Marie ad Portam et in parte tenet Iacobus Vic-comes, et a sero et a monte via, et est pertice VIII vel id circa. Item petia una campi ibi prope, cui est a mane Iacobi Vicecomitis, a meridie communis dicti loci, a sero Folchi Zavatarii et in parte via, a monte via, et est pertice XIII vel id circa. Item petia una 15 campi ubi dicitur in Via Recta, cui est a mane via et in parte Girardi Pavari, a meridie illius Girardi et in parte via, a sero tenebat Herechus de la Ture, a monte via, et est pertice LIII vel id circa. Item campus unus ubi dicitur in Creda, cui est a mane et a meridie via, a monte Beltrami Scachabarozi, a sero Girardi Pavari, et est pertice XXX vel id circa. Item petia una campi ubi dicitur in Vali, cui est a mane Beltrami Scachabarozi, a 20 meridie Sancti Petri ad Ulmum, a sero de Greganis, a monte via, et est<sup>m</sup> pertice V vel id circa. Item petia una campi ubi dicitur in Batuda, cui est a mane via, a meridie Bonifati Lite, a sero Alberti Brulie et in parte Rugerii Pavari et a monte Mafei Pavari et in parte Alberti Brollie<sup>c</sup>, et est pertice XIII vel id circa. Item campus unus in Via de Nerviano, cui est a mane Amizonis Pavari et in parte Herec de la Ture, a meridie Pelagri Ferarri, a 25 sero via, a monte illorum de Greganis, et est pertice VIII vel id circa. Item campus unus ubi dicitur in Via de Gera, cui est a mane ser Iacobi Vicecomitis, a meridie ecclesie Sancte Marie ad Cornaredum, a sero via, a monte et<sup>c</sup> in parte Petri Monetarii et in parte Sancti Iohannis in Brollio, et est pertice VI et media vel id circa. Item campus unus ibi prope, cui est a mane, a meridie et a monte Mafei Pavari, a sero via, et est pertice 30 III vel id circa. Item campus unus ibi prope, cui est a mane, a sero et a monte Mafei Pavari et a meridie Girardi Pavari, et est pertice III vel id circa. Item campus unus ad Stradellam, cui est a mane et a meridie Sancti Petri ad Ulmum et a sero stradella et a monte via, et est pertice quatuor vel id circa. Item campus unus ubi dicitur in Rovoredo sive in Via de Molino, cui est a mane via et in parte communis illius loci et in parte Sancti 35 Maphei ad Banchetam, a meridie Pelagri Ferarri et in parte Talioni Femenani, a sero accessium, a monte ser Iacobi Pavari et filiorum, et est pertice LXXX vel id circa. Item campus unus in Via de Molino, a mane campi lasi et in parte Iacobi Pavari, a meridie et a monte Iacobi Pavari, a sero via, et est pertice XX vel id circa. Item campus unus ubi dicitur in Pasquarolo, a mane et a meridie via, a sero Sancti Mathei<sup>c</sup> ad Banchetam et in 40 parte heredum quondam Ambroxii de Zibidi, a monte Lanterii Balbi et in parte Sancti Maphei ad Banchetam, et est pertice XXIIII vel id circa, de quibus sunt pertice II communis dicti loci. Item campus unus ibi prope, a mane et a meridie dicti Arechi, a sero Sancti Mafei ad Banchetam, a monte ser Aliprandi Vicecomitis, et est pertice III et media vel id circa. Item campus unus ubi dicitur in Campos<sup>c</sup> Lasso, cui est a mane Minoli 45 de la Cruce, a meridie illius ser Herec et in parte ser Iacobi Pavari, a sero via et a monte via et in parte illorum de la Cruce, et est pertice XL vel id circa. Item petia una tere ubi dicitur in Pobiollo sive in Via Recta, a mane tenet ille Herec, que fuit Rizardi de Leucho, et in parte via, a meridie via et in parte predicta tera, a sero Fulchi Zavatarii, a

nonte ser Iacobi Vicecomitis et in parte communis illius loci, pertice C vel id circa, que  
 iuit Landolfi Vicecomitis et fratum, quam tenebat ille Herec contra suam voluntatem,  
 et quam teram tenet ille Landulfus. Item campus unus ubi dicitur in Pobollo sive ad  
 Dossum de Garbagnasco, cui est a mane et a meridie via, a sero terra que fuit Rizardi  
 de Leucho, a monte Hengreschi de la Cruce, et est pertice III vel id circa, pro qua terra  
 dedit dominus Iacobus Vicecomes in comutatione domino Herec de la Ture petia<sup>c</sup> una<sup>c</sup>  
 terre ubi dicitur in Braida. Item petia una campi ubi dicitur in Prato Asino, ad Rila-  
 siam, cui est a mane via, a meridie fuit de Vicecomitibus et tenet ille Herec, a sero de  
 Vicecomitibus et tenet ser Arech<sup>c</sup> de la Ture, a monte ser Aliprandi de Vicecomitibus,  
 et est pertice XXV vel id circa. Item petia una campi ubi dicitur in Pobollo, cui est a  
 mane<sup>c</sup> ab omnibus partibus ser Iacobi de Vicecomitibus, et est pertice VIII vel id circa.  
 Item campus unus ibi prope sive prope Dossum Garbaniaschum, cui est a mane ser He-  
rec de la Ture, a meridie via, a sero Iohannis Zavatarii, a monte heredum quondam  
Hengreschi de la Cruce, et est pertice XVI vel id circa. Que petie tere et vinee fuerunt  
 Rizardi de Leucho baniti mallexardi communis Mediolani; eo tempore quo recepit banum  
 propter potentiam illorum de la Ture dicte petie pervenerunt in comune Mediolani oc-  
 cixione quod recepit banum mallexardie. Item campus ubi dicitur in Vali, cui choeret a  
 mane et a meridie et a sero et a monte via, et est pertice XIII vel id circa. Item campus  
 unus ibi prope, cui choeret a mane et a sero et a monte via, a meridie Iacobi de Habiate,  
 et est pertice VIII vel id circa. Item campus unus ubi dicitur in Parazollo, cui choeret a  
 mane via, a meridie Sancti Petri ad Ulmum, a sero Iacobi de Habiate, a monte acces-  
 sium, et est pertice III vel id circa. Item petia una campi ubi dicitur in Parazollo, cui  
 choeret a mane ecclesie de Cornaredo, a meridie Sancti Petri ad Ulmum, a sero Facii  
Gregani et in parte Iohannis Gregani, a monte via, et est pertice XIII vel id circa. Item  
 campus ubi dicitur in Pasquario de Parazollo, cui choeret a mane Sancti Mafei ad Ban-  
 chetam et in parte Iacobi de Habiate, a meridie communis de Cornaredo et in parte via, a  
 sero via et in parte Rugerii Pavarri, a monte via et in parte Sancte Redegonde, et est  
 pertice XXV vel id circa. Item campus unus ubi dicitur ad Torcularem, cui choeret a  
 mane presbiteri de Cornaredo et in parte Iacobi de Habiate et a meridie presbiteri, Ia-  
cobi de Habiate, et est pertice VIII vel id circa. Item campus unus ibi prope, cui choeret  
 a mane Facii Gregani, a meridie Sancte Marie de Cornaredo, a sero Iacobi de Habiate  
 et in parte presbiteri de Cornaredo, a monte via, et est pertice III vel id circa. Item cam-  
 pus unus ubi dicitur in Parazollo, cui choeret a mane via, a meridie Sancti Petri ad Ul-  
 mum, a sero et a monte Iacobi Vicecomitis, et est pertice X vel id circa. Item campus  
 ubi dicitur in Rizonata, cui choeret a mane et a meridie presbiteri de Cornaredo, a mon-  
 te et a sero Sancti Petri ad Ulmum, et est pertice VIII vel id circa. Item campus unus ubi  
 dicitur in Stradella, cui choeret a mane presbiteri de Cornaredo, a meridie Sancti Petri  
 ad Ulmum, a sero stradella, a monte Iacobi de Habiate, et est pertice VII vel id circa.  
 Item campus unus ibi prope, via mediante, cui choeret a mane et a meridie et a sero via  
 et a monte Maphei Cutice, et est pertice XXVII vel id circa. Item campus unus ibi pro-  
 pe, via mediante, cui choeret a mane et a monte via, a meridie et a sero Sancti Petri ad  
 Ulmum, et est pertice XXVII vel id circa. Item campus unus ubi dicitur ad Nucem Mo-  
 ram, cui choeret a mane via et in parte Iacobi de Habiate, a meridie et a sero et a monte  
 via, et est pertice CXL vel id circa. Item campus unus ibi prope, cui choeret a mane pre-  
 sbiteri de Cornaredo, a meridie via, a sero via, a monte ser Aliprandi Vicecomitis et in  
 parte de Greganis, et est pertice VIII vel id circa. Item campus unus ubi dicitur ad Ba-  
 tussam, cui choeret a mane via, a meridie Beltrami Scachabarozii, a sero via, a monte  
 via et in parte Sancte Redegonde, et est pertice XLIII vel id circa. Item campus unus

5

10

15

20

25

30

35

40

45

ubi dicitur ad Fornacem, cui choeret a mane communis loci de Cornaredo, a meridie via, a sero Beltrami Scacabarozii, a monte Girardi Pavari, et est pertice XIIIII vel id circa. Item campus unus ubi dicitur Post Castrum, extra portam de Parazollo, cui choeret a mane fissatum ville, a meridie et a sero via, a monte Sancti Mafei ad Banchetam, et est pertice vel id circa. Item petia una terre ibi prope, cui choeret a mane et a meridie via, a sero Bntanille et a monte de Greganis, et est pertice XXXIII vel id circa. Item campus unum ibi prope, via mediante, cui choeret a mane et a meridie Girardi Pavari, a monte via, et est pertice XXXIII vel id circa. Item campus unus ibi prope ubi dicitur ad Boscheum de Vicecomitibus, cui choeret a mane et a meridie Girardi Pavari, a monte tenebat Guilielmus Lambertus, a sero via, et est pertice VIII vel id circa. Item tenebat datus Guilielmus Lambertus infradictas petias terrarum iacentium in loco et territorio de Cornardo. In primis. Item campus unus ubi dicitur in Roxedo, cui choeret a mane via, a meride Alberti Brollie et in parte communis illius loci, a sero via, a monte Guidonis de Raude, et est pertice XXVIII et media vel id circa. Item petia una zerbi ubi dicitur in Cornarasca, cui choeret a mane et a meridie Girardi Pavari, a sero via zepata, a monte Mafei Pavari, et est pertice XVI vel id circa. Que suprascripte terre parim fuerunt Buschi Pavari. Item pratum ubi dicitur in Prato Asino, a mane illius Arech<sup>c</sup>, a meridie ser Raineri Mantegazii, a sero via, a monte Sancti Mafei ad Banchetam, et est pertice XXI vel id circa. Item pratum unum ibi prope, quodam fossato mediante, cui choeret a marie Iohannis Zavatarii, a meridie via, a sero Raineri Mantegazii et in parte illius Heret et in parte Iacobi Vicecomitis, et est pertice LVIII vel id circa. Item petia una prati et zerbi et buscallie insimul tenente ubi dicitur in Cornarasca, cui est a mane Sancti Petri ad Ulmum et in parte via, a meridie buschus, rialle de Baradigio et in parte Monasterii Maioris et in parte Sancti Petri ad Ulmum et in parte communis dicti loci, et est pertice CCC vel id circa; quod pratum et zerbum fuit Lafranci Vicecomitis, quod ille Arech<sup>c</sup> tenebat contra voluntatem illius Lafranchi; quod pratum ille Lafranchus tenet a sconflitum de Dexio citra. Item petia una prati in Campo Lasso, cui est a mane illorum de la Cruce, a meridie Beltrami Scacabarozii et in parte Girardi Pavari et in parte via, a sero via et in parte Iacobi Pavari, a monte tera predicta, et est pertice CCCLXXX vel id circa; et infra quas choerentias sunt pertice CL prati quod tenebat ille Heret contra voluntatem de Vicecomitibus et illorum de Mantegaziis, et de quibus perticis CL erant in discordia contra illos de Vicecomitibus et illorum de Mantegaziis; et iusta quas choerentias aquistaverat a multis personis quid per compras quid per comutationes ille Heret. Item petia una buschi ubi dicitur ad Cornarasca, cui est a mane flumen Ollone, a meridie Moreli Galti, a sero via, a monte illorum de Gallaciis, et est pertice XL vel id circa; que tera et vinea supradicta et buschus et sedimen fuerunt Guidonis Vicecomitis, et quas tenebat ille ser Arech<sup>c</sup>. Item pratum unum ibi dicitur in Ronchiam Sancti Petri, cui choeret a mane et a meridie de Pavaris, a sero via, a monte illius Guilielmi Lambertii, et est pertice XIIIII vel id circa. Que tera tenebantur per Guilielmum Lambertum, que erant ecclesie Sancti Petri ad Ulmum, et que tenentur per dominum prepositum a sconflitu de Dexio citra. Item sedimen unum cum hedifitiis in eadem contracta<sup>c</sup>, cui choeret a mane Sancte Marie Folchorini, a meridie via, a sero accessum, a monte Iacobi de Habiate. Item sedimen unum ibi prope, cui choeret a mane via, a meridie Fatii Gregani, a sero Pagani Parabiagi, a monte via. Item sedimen unum ibi prope et dicitur in Cantono, cui choeret a mane Mafei Pavari, a meridie Gregani, a sero via, a monte Mafei Pavari. Item sedimina duo insimul tenentia, cui choeret a mane Sancte Marie ad Portam, a monte de Greganis, a sero Mafei Pavari, a meridie accessum. Item sedimen unum cui choeret a mane via, a meridie et a sero sedimen unum quod erat in discordia

inter Vicecomitibus<sup>c</sup> et Mantegaziis<sup>c</sup>, a monte presbiteri illius loci. Item sedimen unum cum hedificiis iacentem<sup>c</sup> ubi dicitur in Insulla, cum petia una terre tenente cum illo sedimine, cui choeret a mane via de Bastolla sive fossatum, a meridie strata vedia, et est pertice CL vel id circa.

Item reperitur in margine dicti libri predictarum consignacionum terrarum et sediminum predicti loci de Cornaredo esse infradicatas scripturas prout inferius declaratur. In primis Francischus filius domini Pauli Mantegatii et domina Guilielma uxor eius, filia et heres quondam domini Buschi Pavari heredis quondam Guilielmi Pavari, seu dictus dominus Paulus habet preceptum unum ex parte domini Baldoini de Ugonibus potestatis Mediolani, de consensu et voluntate dominorum capitaneorum parochie et sortieratis Sancte Agnetis et sapientum presidentium provisioni et defensioni civitatis et comitatus Mediolani et ipsorum dominorum capitaneorum parochie et societatis<sup>c</sup> Sancte Agnetis et XII sapientum, subscriptum per Lodrenum de Puteobonello notarium camere palatii communis Mediolani ad secreta MCCLXXXIII, die martis<sup>1</sup> VI die martii, continens quod idem dominus Baldoinus de Ugonibus potestas de consensu ut supra mandavit precipiendo fratribus canevariis communis Mediolani et cuilibet alii persone penes quam essent consignate terras<sup>c</sup> malexardorum communis Mediolani et in quibus essent scripte infrascriptas<sup>c</sup> sedimina et infrascripte petie terre ut scribant super consignatione ipsarum terrarum et ipsius sediminis quod Francischus filius domini Pauli Mantegatii et domina Guilielma uxor eius, filia et heres quondam domini Buschi Pavari et heres quondam Guilielmi Pavari, seu dictus dominus Paulus et comune loci de Cornaredo non mollescentur nec inquietentur occaxione illius sediminis et predictarum petiarum terre nec fructuum earum petiarum et fructuum; et hoc quoniam pronuntiatum fuit per sententiam per dominum Ardericum<sup>c</sup> de Boxiis olim iudicem presidentem per comune Mediolani illi officio malexardorum predictum dominum Paulum administratorem legi optimum predicti Franceschi mariti suprascripte domine Guilielme predicto modo et nomine<sup>r</sup> fore induendum in possessionem et tenutam ipsius sediminis et illarum petiarum tere que fuerunt malexardorum veterum communis Mediolani, ut appareat per instrumentum<sup>s</sup> illius sententie late per predictum dominum Ardoenum olim iudicem illi officio ut supra, de consilio dominorum Cabrii de Vicomercato et Girardi de Marliano iurisperitorum, scriptum per Michaelem filium quondam Guilielmi de Side notarium, subscriptum per Baldum Martinonum notarium illi officio MCCLXXVII<sup>t</sup>, die mercurii<sup>2</sup> XXVII die augsti, ut pronuntiatum est de novo per predictos dominos capitaneos et XII sapientes de consilio dominorum Salii de Vicomercato et Gaspari de Garbagnate iurisperitorum predicta debere et executioni mandare<sup>s</sup>; ut appareat per scripturam illius sententie late hoc anno, die VI martii, factam per Ubertinum de Vicomercato notarium camere palatii communis Mediolani ad secreta; et hec fecerunt predicti dominus potestas et capitanei et XII sapientes, et preceperunt debere fieri ut supra exequendo et executioni mandando predictas sententias et statuta communis Mediolani facta in favorem malexardorum communis Mediolani. Quod vero sedimen iacet in loco Cornaredo ubi dicitur in Favaraa<sup>c</sup>, cui choeret a mane tera que fuit illius quondam domini Buschi, a meridie via, a sero via, a monte strata communis Mediolani. Prima vero petia non ponitur quia pendit. Secunda petia iacet prope illud sedimen, et est pertice CVI vel id circa, cui est a mane predicta prima petia tere, a meridie via, a sero via et Perroni Mulinarii, a monte strata. Tertia petia est campus ibi prope, et est pertice XXXIII, cui a mane via, a meridie via, a sero fontanille, a monte de Garganis<sup>c</sup>. Quarta petia est campus ibi prope, et est pertice XXXIII vel id circa, cui est a mane et a meridie terrarum suprascripti Buschi, a sero fontanille, a monte predicta petia campi. Quinta petia est campus ibi prope

et est pertice XXXIII vel id circa, cui est a mane domini Girardi Pavari, a meridie infra-dictum pratum, a sero fontanille, a monte heredum quondam illius quondam domini Buschi. Sexta petia est pratum ibi prope, et est pertice XXX, cui choeret a mane ser Girardi Pavari, a meridie similiter, a sero campus Sancti Petri, a monte de suprascripta terra, per omnia ut in illo precepto continetur. Ego Iohannes de la Guarda scripsi.

5 Domina Sibiria filia et heres quondam Rizardi de Leucho habet preceptum unum ex parte domini Iacopini de Cortixiis iudicis officio malexardorum, subscriptum per Petrazanum Vincimaram notarium dicti iudicis MCCLXXXIII, die iovis ultimo die augusti, continens quod idem iudex precipiendo mandat canevario et offitialibus 10 dicti offitii quatenus canzellent seu canzellari fatiant de libris et actis infrascriptas teras iacentes in territorio illius loci de Cornaredo, que consignate fuerunt comuni Mediolani pro teris que dicebantur teneri per Ere<sup>c</sup> de la Ture malexardi communis Mediolani, et hoc ad petitionem suprascripte domine Sibirie quoniam ille tere erant illius quondam domini Rizardi tempore quo recepit banum malexardie communis Mediolani et per eum 15 tenebantur et possidebantur, et quia illa domina Sibiria absoluta est per sententiam, et pronuntiatum est eam nec terre<sup>c</sup> illius loci non esse mollestandam ea occaxione, ut constat per sententiam unam latam MCCLXXX, die sabati XXII die iunii, subscriptam per Rugerium de Caluzano notarium dicti officii, et ut illam canzellare<sup>c</sup> faciant tam de teris quam de fictis ubicumque scripte sint in libris et actis communis Mediolani. Tere autem 20 sunt iste: petia una vinee ubi dicitur in Torcularo, et est pertice XXXVI vel id circa, cui choeret vel esse consuevit a mane Herec de la Ture, a meridie et a sero et a monte via<sup>c</sup>; petia una campi ubi dicitur ad Cavalaziam, et est pertice XXVI vel id circa, cui est a mane via communis Mediolani, a meridie Landulfi Vicecomitis et fratribus, a sero similiter, a monte domini Aliprandi Vicecomitis; petia una campi ubi dicitur in Pradatio, cui est ab 25 omnibus partibus domini Aliprandi Vicecomitis, et est pertice VIII vel id circa; petia una campi in eo territorio, ubi dicitur ad Rabrazadellam, et est pertice XVII vel id circa, a mane suprascripti Aliprandi et a meridie via, a sero heredum quondam Guidonis Zavatarii, a monte Gardelle de Lengono et sotiorum. Ego Iohannes de la Guarda scripsi.

Landulfus Vicecomes et fratres eius habent preceptum unum ex parte domini Iacopini de Cortexis iudicis officio malexardorum communis Mediolani, subscriptum per Fredericum Longum notarium dicti iudicis in MCCLXXXIII, die iovis XXIII die<sup>c</sup> februarii, continens quod idem iudex precipiendo mandat Uberto de Sancto Ambrosio et Symoni de Grego canevariis illi officio constitutis et cuilibet aliis<sup>c</sup> canevariis illius officitii 30 quatenus incontinenti canzellent et canzellare debeant de omnibus libris et actis communis Mediolani petiam unam tere iacentem in loco et territorio loci de Cornaredo, ibi ubi dicitur in Pobiello sive in Via Recta, cui choeret vel choere<sup>c</sup> consuevit a mane Herec de la Ture, et fuit Rizardi de Leucho et nunc est heredum illius quondam Rizardi, et in parte via, a meridie via et in parte fuit dicti quondam Rizardi, a sero Folconis Zavatarii, a monte Iacobi Vicecomitis et in parte communis loci de<sup>c</sup> Cornaredo, et est pertice C vel id 35 circa; et quod scribant seu scribi fatiant ubi expedierit Landulfum Vicecomitem et fratres nec comune loci de Cornaredo<sup>c</sup> nec aliquam aliam singularem personam illius loci fore mollestandos nec inquietandos occaxione ipsius petie terre; et hoc quoniam manifeste visum et cognitum est per ipsum iudicem pronuntiatum esse per sententiam latam MCCLXXXI, die martis<sup>c</sup> sexto die madii, indictione VIII, per dominum Betinum de Granzollo iudicem olim illi officio presidentem, traditam et subscriptam per Amizinum 40 de Lomacio olim notarium illi officio, Landulfum et Alberronum et Francinum et Daniuum fratres, filios quondam domini Iohannis Vicecomitis, qui fuerunt baniti veteres malexardie, fore restituendos et esse restitutos per ipsum dominum Betinum iudicem ut supra in possessionem et tenutam ipsius tere, ut in ea sententia plenius continetur; viso

etiam per ipsum dominum Iacopinum iudicem quodam statuto facto seu condito in favorem illorum qui fuerunt baniti de mallexardia. Que omnia fecit dictus iudex exequendo et executioni mandando illam sententiam per omnia ut in illo precepto continetur. Ego Iohannes de la Guarda scripsi.

MCCLXXX, de mense iunii. Mandato domini Petri de domino Andrea iudicis officio malexardorum communis Mediolani reduci debent due partes infrascripte petie prati in campum quoniam reperte sunt fore arate et labore et non esse prata per Rugerium de Caluzano notarium eidem officio ad hoc missum per ipsum iudicem, ut constat per scripturam inde factam per ipsum notarium eodem anno, die dominico XVI die iunii. Quam scripturam feci ego Gezius de Muzano notarius mandato dicti iudicis.

MCCLXXX, de mense iunii. Mandato dicti domini Petri de domino Andrea iudicis ut supra de infrascripta petia, que est pertice CCCLXXXV prati, debere reduci in campum pertice CLXXXX que reperte sunt fore tere laborative, ut constat per scripturam inde factam per Rugerium de Caluzano notarium eidem officio et ad ipsum locum transmisum ea occazione suprascripto anno, die dominico XVI die iunii.

Guido Vicecomes cui dicitur Pecollus habet preceptum unum ex parte domini Iacopini de Cortixiis<sup>a</sup> iudicis officio malexardorum communis Mediolani, subscriptum per Fedricum Longum notarium illi officio MCCLXXXIII, die XXIIII februarii, continens quod idem iudex mandat precipiendo Uberto de Sancto Ambrogio et Symoni de Grego canevarii communis Mediolani, illi officio et cuilibet alii canevario seu officiali illi officio canevariorum presidenti quatinus, visso hoc precepto, canzellen seu eximant de omnibus libris et actis communis Mediolani perticas CC zerbi et buschallie insimul tenentibus iacentes in territorio loci de Cornaredo ubi dicitur in Cornarasca, que se tenent cum perticis C pratorum; quibus prato et zerbo et buschallie choeret a<sup>c</sup> supertotum a mane Sancti Petri ad Ulmum et in parte via, a meridie buschus, a sero riale de Baradigio et in parte Monasterii Maioris et in parte Sancti Petri ad Ulmum et in parte communis dicti loci; item quod scribant seu scribi fatiant ubi expediric<sup>d</sup> comune et homines vel aliquam singularem personam illius loci non esse mollestandos vel inquietandos occazione predictarum perticarum CC zerbi et buschallie: 'sunt<sup>e</sup> Guidonis qui<sup>f</sup> dicitur Pecollus Vicecomes, qui fuit de banitis veteribus de malexardia et per eum tenentur et possidentur'; et hoc quoniam manifeste vissum et cognitum est per ipsum iudicem pronuntiatum fore per sententiam ipsum Pecollum fore restituendum et restitutum esse in possessionem et tenutam dietarum perticarum CC zerbi et buschallie; que sententia lata fuit per dominum Betinum de Guizollo<sup>g</sup> iudicem olim illi officio presidentem, et scripta et tradita per Amizinum de Lomatio notarium illi officio MCCLXXI, die XVIII iunii. Et hec fecit dictus dominus Iacopinus exequendo et executioni mandando dictam sententiam et visso etiam per ipsum iudicem quodam statuto facto in favorem illorum qui erant baniti de mallexardia communis Mediolani per omnia ut illo precepto continetur. Ego Iohannes de la Guarda scripsi.

Locus de Cornaredo: pro teris Herec de la Ture et Guilielmi Lamberti, videlicet pro perticis MLXXXV campi extant solidi XXX pro pertica, et pro perticis DXXXI vinee extant solidi XL pro pertica, et pro perticis LXII prati extant libre III pro pertica, et pro perticis CXL buschi extant solidi XX pro pertica, et pro perticis C zerbi extant solidi V pro pertica, media CCLXXXI et staria II misture.

Ego Marchisius Ceradus notarius predictas scripturas exemplavi et extraxi a dicto libro.

<sup>a</sup> trarum senza segno abbreviatio. <sup>b</sup> coram domino ripetuto. <sup>c</sup> Così in B. <sup>d</sup> Segue fuit, si pensa per errore. <sup>e</sup> meridie anche nelle m. ss. per errore. <sup>f</sup> et nell'interlinea. <sup>g</sup> Segue dicti Guidonis cancellato. <sup>h</sup> Segue illius Heret cancellato. <sup>i</sup> Segue est. <sup>j</sup> Segue Iacobi cancellato. <sup>m</sup> est nell'interlinea.